



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

XIV. De probationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

117  
tentiam perveniri, non esse perpetuum. Nam si forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, cum civiler est agendum, ne veritas occultetur, & probationis copis fortuitis casibus subtrahatur, fenes, & valedudina- rii, & alii testes de quibus ex probabili causa timeatur, et- iam in non concessita sunt admittendi, seu pars conven- ta sit contumax, seu sine dolo sit absens, ut conveniri non possit.

Qua testes examinavit ad perpetuam rei memoriam, debet intro amum vel convenire ad versarium, vel examen denunciare, h. d.

**D**ebet tamen actor intra annum, ex quo factas si- bi data fuerit, adversarium convenire, aut saltem hu- jusmodi testimonium receptionem eidem denunciare. alioqui actiones sic receptae non valebunt, ne forte hoc pro- curetur in fraudem, ut scilicet processu temporis excep- tiones legitime ad repellendum testes, vel alia locum, habere non possint.

Nota est ista §. bonam regulam ad cognoscendum, quando non sit necessarius testium confessio, h. d.

**S**unt & alii casus, in quibus absque litis contestatio- nis legitime possunt testes produci, & lites sententia remi- nari: quos tam ex his, quae supra de contumacia di- ximus, quam etiam ex aliis locis cognoscere licebit. Et generaliter, ubicunque libellus non exigitur, aut jus a- gendi contra certam personam non dirigitur, lites contesta- tionem non est necessaria.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE. TITVLVS XII.

Ab iuramento subire iuramentum calumniae, cadit ab actione, & non habetur pro confessio, h. d.

**E**d ut veritate pravata iudicia expediantur, institu- tum est, ut litigatores in exordio litis de calumnia iuranda jurare debeant. Quod iuramentum si quis iustitiae recusaverit, actor quidem ab instituta cadet actione, & pro confesso reus habendus erit.

In casu suo. Et si clericus non cogitur jurare de calumnia, se- uo in propriis: quo casu jurat propositi tantum scripturis, non iactu, h. d.

**I**n hac tamen parte quibusdam casibus clericis iura pe- tere. Venerunt enim, ne dum propria Ec- clesiae causa peragitur, inconsultis illorum praelatis huius- modi subire iurandum cogantur, licet in propriis cau- sis huiusmodi privilegio minime gaudere noscantur. Sed & quo casu hoc iuramentum subire vel permittuntur praelati, vel iubentur, non tactis e, sed tantum propositi scripturis id implebitur.

Notandum etiam in causis spiritualibus jurare de calumnia, minime iura- buntur, sed quia & in illis litigatores frequenter calum- niam committunt, non est, novissime sancitum est, si in eis id quod ceteris constitutum est, observari debeat.

Etiam procuratores jurare de calumnia tenentur, quando eorum, iudex videtur, h. d.

**N**on tantum principales, verum etiam procurato- res §. & syndici h. huiusmodi iuramentum suscipere compelliendi erunt, etiam si quid ponere aut respondere, doceant, a dominis instructi fuerint: aut post hoc praesti- tum iuramentum deparati fuerint: nec enim illud intra certa iudicii tempora coactatum reperitur, sed i potest iudex exigere, quoties expedire viderit.

De calumnia iuratur etiam in causa appellationis, h. d.

**P**raeterea, & quamquam in prima instantia partes iura- verint, non tamen praeterea in causa appellationis huiusmodi iuramentum declinare poterunt, cum rur-

a C. §. si sit sit ext. ut lite non contest. b d. c. §. §. sunt & alii. ut in non contest. c §. ext. ex. si. d C. i. §. seq. ex. ex. e C. §. ext. ex. f C. i. §. §. ex. d. in §. g Ca. 2. §. procuratores, ex. d. si. in §. h C. de p. §. §. ex. ex. d. si. i Ca. in §. ex. d. si. in §. k C. 2. de p. ex. d. si. in §.

sus, & de calumnia vitanda, & dicenda veritate jurare, partes sint compellende.

Iuramenti de calumnia omisso non vitat processum, h. d.

**I**llud postremo admonendi sumus, quod propter omis- sum a facite in tota causa calumniae iuramentum, iudicialis processus alias factus legitime, nec est nullus, nec ob eam causam venit annullandus: cum huiusmodi iura- menta praestari de substantia ordinis iudicarii non ex- istat.

VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETUR. TITVLVS XIII.

Lite pendente nihil innovandum: & si tunc pendere dicitur, cum citatio legitima pervenit ad partem citatam, aut per eam factam est, quod minus pervenit, h. d.

**I**nstituta ergo lite, & solemnibus praestitis satisfactio- nibus, & calumniae iuramento exhibito, ad probatio- nes, & merita causae defendendam erit, & interim- pendente lite nihil innovari poterit. Lis si autem pen- dere hoc respectu tunc dicitur, non modo cum lites con- testata fuerit, verum etiam postquam a iudice comperenti- citatio manavit, & ad partem citatam, pervenerit, vel per eam factum est, quod minus ad eius notitiam pervenit, dum tamen in citatione ea sint expressa, per quae possit quis instrui, super quibus in iudicio convenitur.

Ob dilapidationem etiam lite pendente fit sequestratio, h. d.

**P**lanè e ab eo, qui postquam a sententia provocavit, possessionis fructus dilapidat, etiam lite pendente se- questrari poterunt.

Lite pendente non invalidat matrimonium contractum, h. d.

**S**ectiam d si dum super matrimonio lites pendet, se- cundum quis matrimonium sitè contraxerit, si pri- mum non tenuisse declaratum fuerit, pendente lites ob- tentum secundum irritari non poterit. Et tamen qui in contemptum contraxerit, competens poenitentia impo- nenda erit.

DE PROBATIONIBVS. TITVLVS XIV.

Quid sit probatio, & quibus modis fiat, h. d.

**P**robatio igitur est, idoneis argumentis & legitimis mediis facta demonstratio. Contingit autem quid- probari variis modis: ut puta confessione partium, depositione testium, instrumentorum exhibitione, iurisjura- randa religione, inspectione iudicis, notorietate rei, suspici- one vehementi, fama, atque aliis adminiculis.

Quomodo nascatur probatio ex confessione, & quae sint probationes, h. d.

**P**artium confessione tunc constat probatio, cum reus- probationibus respondendo, vel alias in iudicio de in- tentione confiteatur actoris. Sunt autem probationes, bre- ves quaedam narrationes, facti seriem continentes, ad eli- ciendam veritatem conceptae, super quibus quis petit ab adversario responderi, quas ad faciorem & expeditio- nem litem propter partium confessiones, & probatio- num defectum ulius longevus in causis admittit, & juris- probavit auctoritas.

Recusans respondere probationibus habetur pro confesso, h. d.

**S**i quis igitur probationibus sibi factis respondere re- quisitus recusaverit, vel, ne responderet, se per contum- maciam subtraxerit, pro confesso habendus erit. Hoc ta- men ita demum obtinet, si a iudice respondere iustus, il- lum absentem fieri contigerit: sed si antequam iubeatur, contumaciter abcesserit, tunc pro confesso minime repu- ta bi ut, sed contra eundem, tanquam contumacem, pro- cedendum erit, prout iuris ratio dicta verit.

Recusans respondere probationibus habetur pro confesso, h. d.

**S**i quis igitur probationibus sibi factis respondere re- quisitus recusaverit, vel, ne responderet, se per contum- maciam subtraxerit, pro confesso habendus erit. Hoc ta- men ita demum obtinet, si a iudice respondere iustus, il- lum absentem fieri contigerit: sed si antequam iubeatur, contumaciter abcesserit, tunc pro confesso minime repu- ta bi ut, sed contra eundem, tanquam contumacem, pro- cedendum erit, prout iuris ratio dicta verit.

Recusans respondere probationibus habetur pro confesso, h. d.

**S**i quis igitur probationibus sibi factis respondere re- quisitus recusaverit, vel, ne responderet, se per contum- maciam subtraxerit, pro confesso habendus erit. Hoc ta- men ita demum obtinet, si a iudice respondere iustus, il- lum absentem fieri contigerit: sed si antequam iubeatur, contumaciter abcesserit, tunc pro confesso minime repu- ta bi ut, sed contra eundem, tanquam contumacem, pro- cedendum erit, prout iuris ratio dicta verit.

Recusans respondere probationibus habetur pro confesso, h. d.

**S**i quis igitur probationibus sibi factis respondere re- quisitus recusaverit, vel, ne responderet, se per contum- maciam subtraxerit, pro confesso habendus erit. Hoc ta- men ita demum obtinet, si a iudice respondere iustus, il- lum absentem fieri contigerit: sed si antequam iubeatur, contumaciter abcesserit, tunc pro confesso minime repu- ta bi ut, sed contra eundem, tanquam contumacem, pro- cedendum erit, prout iuris ratio dicta verit.

a C. i. in prin. & §. i. ex. d. si. in §. b C. 2. ex. d. si. c Cast. ex. d. de sequest. poss. d C. de in Appellat. ex. d. de Bonf. e Clem. §. de verb. sign. f C. de conf. §. in §.



*Confessus, & probationibus contrarius, agnoscitur: & confessio erronea, si statim retractetur, non affert praedictum. h. d.*  
**R**editus, diligenter ab actore disputandum erit, an à reo super controversia legitimam confessionem extorsit: quo quidem casu & ipse probationum oneribus relevabitur, & iudicis in cognoscendo partibus stantibus statim super tali confessione pronanciandum erit. Planè a se per errorem facti huiusmodi confessionem emanasse, doceatur, confitenti, sed tamen confessionem suam statim revocanti, nullum praedictum generabitur: alioqui, quod sua quisque voce dilucide testatus est, proprio non valebit amplius testimonio infirmare.

*Reus non tenetur edere alteri, nisi instrumenta communi, hoc dicit.*

**N**on tamen, quia positionibus reus respondere compellitur, documenta quoque, quae ad causam pertinentia penes se detinet, nisi sibi cum actore sint communi, exhibere compellendus erit: nam grave nimis esset, illum ad eorum exhibitionem urgeri, per quos sibi postea praedictum fieret. Sed actor ipse, in intentione, sumptis congruis dilationum temporibus, intentionis suae proprias probationes afferret, vel testes inducendos, vel instrumenta, & alias scripturas producendo.

*Reus etiam iudex ad videndum iurare, & deponere testes: & testi iurato non creditur, nisi fuerit rursus iuramentum à parte, h. d.*

**D**ebet autem in primis, si ex dictis testimonio rei sit eadem veritas, ad moneri adversarius, quod auditurus iuramentum veniat, & ne si praetermissum id fuerit, quod contra leges actum deprehenditur, nullam habeat firmitatem. Sed & testimonio depositiones non aliter recipiet iudex, quam prius iurandi religione firmaverint, quod tantum, quae vera noverint, professione suae testificationis aperient: nullius enim testimonio, quantumcumque religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in praedictum credi debet alterius, nisi forte iuramentum ab adversa parte remittatur.

*Testes recusantes iurare, sunt sub poena excommunicationis cogendi, & iuramentum de non deponendo non tenent. h. d.*

**Q**uod si testes à iudice moniti se, vel odio, vel gratia, vel timore à ferendo testimonio subtraxerint, per censuras Ecclesiasticas testificari compellendi erunt, nec audientur, quod se, quod minus deponant, proprii iuramenti vinculo innodatos asserant.

*Diligens debet esse iudex, in examinando super omnibus qualitatibus totius causa, h. d.*

**I**nterrogabit ergo iudex testes in qualibet causa ad minus duos (nulla enim causa est regulariter, quae unius testimonio quantumvis legitimo terminetur) eoque diligenter examinabit, de singulis circumstantiis diligenter inquirens, de causis videlicet, de personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & certitudine, ceterisque, quae ad rem facere, & negotio convenire existimabit. Illud quoque subtiliter animadvertere non omittet, quo vultu, qua constantia, quae animi trepidatione testes deponant, cum interdum ex his, vel ipsius in vitis testibus, magis quam ex verborum serie, rerum veritas elucescat.

*Ex causa delegabit iudex examen testimonium. h. d.*

**S**i qui tamen erunt, qui interrogandi sunt, valetudinari, vel senes, vel debilitate confecti habeantur, vel etiam ita paupertate depressi, ut ad praesentiam iudicis venire non possint, idoneum deligat iudex, quem ad suscipiendas illorum attestaciones dirigat.

a. C. si in gl. ext. de conf. b. C. r. sub. cor. ext. no. c. C. si per partem ext. de fide instrumentorum. d. C. r. ext. de test. e. C. in d. r. v. ext. de test. f. C. licet unum v. ext. de test. g. Ca. cum iuramentum ext. de test. h. C. si quis testimonium ext. de test.

*Testes considerantur conditione, non aetate, & r. d.*  
**T**estes vero non omnes recipendi sunt, sed idonei, duntaxat, & idonei. Considerantur enim rebus conditione, natura, & vita. Conditione, si liberi totus sit, non servus: servus enim sapè metu dominantis, veritate testimonium supprimit. Natura, si vir sit, non mulier: nam varium & mutabile semper femina.

*Mulieres non sunt in forum trahendae, nisi testimonio iuraverint, sed ad eas est mittendus tabellus. h. d.*

**C**ujus tamen testimonium, si quando necessarium fuerit, cum mulieres honestas ipsa, ac nuptialis pudor virorum coetibus immiseri prohibeat, quantum auctoritate testimonii ferendi causa, vel alia, quae non exprimat, in iudicium personarum extorci, non erahi non poterit: sed ad eam mittendus tabellus, de quo Bonifacianus continuationis tenent, procedendum est.

*Testis mala vita caret. h. d.*

**V**ita caret testis, si innocens sit, & integre vitam vitae bona defuerit, fide caret.

*Certis personis iustificatis pro Ecclesia, & singulis personis iuramentis suis, nisi tamen aliqua causa praedicta extiterit, non dicit.*

**I**n summa, quicumque iure minime prohibentur testimonium perhibendum sunt admittendi. Cui ergo à ferendo testimonio super negotio sponte recusat, vel alia singulari persona, in causa sua extorci recendi non erunt, nisi ad eundem, respondentem fuerint instituti, vel ipsos alia causa probabili impedierit.

*Monachus de confessione Abbas, postquam testimonium iuravit, h. d.*

**M**onachi quoque, & quicumque sub aliove obedientia constituti sunt, de sui praesentis licentia testimonium dicent.

*Christianorum testimonia ad veteris in fidei articulis non contra, h. d.*

**C**hristianorum testimonium quoque testimonium in fidei articulis non recipiendum est, quia in omnibus causis recipienda erant, nisi sit contra hoc Principum privilegium suffraganeorum. Testimonium Christianum nec Iudaeus, nec Paganus, nec hereticus, nec aliter infidelis, neque excommunicatus, nec aliter infidelis, nec infidelis testimonium dicent.

*Criminosus perseverans in crimine non potest iurare, & datus vero in causa criminis potest, nisi fuerit non iuravit, nisi sit affectus infamia: in causa vero criminali, siue criminis deficiat admittitur. h. d.*

**P**lanè quod de criminoso diximus, ad testimonium recipi: nam sic, cui ab adversa parte opponitur, tunc in ipso crimine perseverat, tamen in civilibus, quibus criminali causa ab omni proflus testificandis abstinendum erit: si vero sit de crimine certioratus, nec admittitur infamia, non est in causa civilis, vel criminis de crimine civiliter agitur, praeterquam pro non persequi, repellendus. In criminali autem quibus in officio iudicis contra ipsum accusatione de crimine testimonium confessus, vel convictus fuit, vel si tunc per eum testimonium convincatur, aut eius gravata sit opinio, nec eo quod doque fuit tali modo repullus: quatenus hoc non excludetur in causa civilis, potest à testimonio, siue poenitentiam, removeri.

*Validum ab initio trahit tempora non informat, etiam si superveniente causa, h. d.*

**L**ud in dubium non venit, ejus testimonium, qui reus deposuit, infringi, debitorum testimonium, quantumquam illam post depositionem factam esse contigerit criminofum. Nec enim quod testis iuravit, non

a. C. de iud. in e. b. C. cum nonnulli ext. de test. c. C. de iud. ext. de test. d. C. cum nonnulli ext. de test. e. C. de iud. in e. f. C. cum nonnulli ext. de test. g. C. de iud. in e. h. C. de iud. in e.



et. ex huiusmodi eventu postea debet infirmari, cum culpandus non sit, qui idoneum nunc in testem producit, si aliquando eundem futurum malum non divinaverit.

**D**omicilii quoque, & similem habentes causam familiam quoque morbo versimiliter laborare existimandi sunt, si certum id sit, ut super eo legitime convinci possunt, si ab alterutra partium testes adducti fuerint, ad testimonium admittendi non erunt.

*Non potest quis esse testis in causa, in qua fuit advocatus, vel procurator. h. d.*

**I**s quoque, qui in prima instantia alicujus causae advocacionem & patrocinium suscepit, licet advocatus & procurator esse desierit, quia tamen adhuc affectus causae profectum, in iudicio appellacionis in testem recipiendum non erit.

*Ad testes examinandos etiam tres dilationes dari possunt, & ex causa etiam quarta, sub certo tamen iuramento. h. d.*

**D**ebent autem iudices tam in Ecclesiasticis, quam in civilibus causis ad exhibendos testes, non solum unam, sed ex causa secundam etiam & tertiam dilationem: quartam vero disceptantibus non largientur, nisi praefito ab eo, qui postulat, iuramento, quod non per calliditatem aliquam quartam productionem postulet, sed quia illorum, quos iurat nunc de novo producere, prius notitiam habere nequeverit, quodque neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel didicerit: quo casu quartam quoque dilationem accommodabit iudex, maxime si productioni testium non fuerit a partibus renuntiatum.

*Multa conceduntur, ne probationes intereant, qua aliis non committuntur: quod probatur hic tribus exemplis. h. d.*

**Q**uidam ne probationes deperant, multa permittuntur, quae alioqui non concederentur, ut ecce, si in causa iudex datus fuerit, qui in testem produci sit necessarium, removens, & alius in eius locum substitutus fuerit. Sic & aliis citato adversario recipiuntur, & publicentur testes, quos reus inducendos duxerit. Sic & Ecclesia necessariae probationis omissione laesa, etiam adversus Ecclesiam restituenda erit.

*Publicare processum non possunt testes examinari super eisdem, nec in primo, nec in secunda instantia: factis super emergentibus de novo. h. d.*

**L**apsis igitur tribus dilationibus, postquam renuntiatum est probationibus, & publicata dicta testimonia, regulariter producendi testes rursus non erit danda copia. Et licet non licet super eisdem, vel directo contrariis similibus, alios, vel eosdem testes in principali causa producere: sic non debet in causa appellacionis licere, cum non minus in ea, quam in principali testium sit timenda favorabilis. Quod si a nova contingat emergere capitula, super quibus partes testes novos velint inducere, recepto solemnijuramento testium, non obstante publicatione super veteribus facta, nec in primo, nec in secundo iudicio recipiendi erunt.

*Qualiter, & quando possit in teste objici. h. d.*

**S**ed interdum accidit, ut eos, qui iure in testes recipi non debeant, admissos tamen esse ab aliqua parte pretendatur: in qua specie statutum est, ut si quis in eos habent, ante publicationem debeant objicere, postea vero nunc demum id licebit, cum iuramento partes firmaverint, quod non dolo velint ad opponendum descendere: Sed & si offendere quis paratus fuerit post publicationem didicisse se, quod in personas velit objicere, tunc quoque opponendi patere debet adversus: Idem juris est, si forte quis ante publicationem id fecerit procelatus. Ceterum cum quis protestatus fue-

rit, velle se post publicationem depositionum personas testium repellere, si quid in favorem protestantis dixerit, non de facili fides adhibetur.

*Testes probatorios, & reprobativos probatoriarum reprobares licet, sed reprobativos probatoriarum non licet. h. d.*

**L**icet a etiam admonendi sumus, quod non solum testes super principali negotio deponentes aliis testibus licebit repellere, sed etiam contra secundos primorum reprobativos probatiohes proferre licebit. Et non admittente iudice, appellacionis remedium licitum erit interponere. Vltimis autem paribus ad reprobativum testium aspiatate minime licebit, ne si producendi quatuor contra tertios, & sic deinceps paribus licentia tribuatur, negotium contingat in infinitum protelari.

*Qualiter iudex postulare debet dicta testimonia, & quod potest illos repetere, & interrogare usque ad sententiam. h. d.*

**P**ublicatis igitur attestacionibus, non solum b ad multitudinem testium respicere iudicem oportet, sed etiam ad qualitatem illorum: item depositiones rimari, & diligenter inspicere debet, & ex his, quibus potius veritatis lucem asstiterit iudicabit, animi sui movum informabit: quod si circa alicujus testis dictum iudicis haesiterit intellectus, eundem rursus ad examen revocare poterit. Et generaliter iudex usque ad prolationem sententiae interrogare sub facto poterit, ubicunque aliquis dabitacionis e incidit.

*Testi statim scriptum corrigenti, non admittit ob id fides, & potest iudex testem repetere super omni. h. d.*

**E**vm quoque, qui non studioso, sed lingua lubrico erraverit, & sele confessum correxerit, reprobare iudex non debet: scias autem, si correctio nisi tempus interposuerit. Repetere autem non solum obscure deponentem poterit, sed etiam a principio super certis capitulis eundem interrogare postulante adversario, vel negligentia, vel calliditate praetermittit.

*Probationes sunt non solum testium, sed & instrumentorum: & instrumentorum appellacionem non largi sumpta continentur solum scripturae, qua in iudicio exhibentur. h. d.*

**A**t si partes viva vocis adminiculo in probando desistuta fuerint, ad instrumentorum productiones decurrere eas oportebit: & licet instrumentorum adeo late pateat appellatio, ut hoc nomine etiam testes continerentur, quippe & ipsi causam instruant, nos tamen in praesenti pro scripturis in iudicio exhibendis magis unimur, quae quidem in litibus exercendis eandem cum depositione testium vim obtinent.

*Instrumenta possunt exhiberi usque ad conclusionem in causa. h. d.*

**E**xhiberi autem d in iure poterunt instrumenta, non solum ante attestacionum publicationem, sed & postea usque ad diffinitivum sententiae calculum: antea tamen, quam in causa conclusum fuerit. In causa a autem conclusum esse tunc dicimus, cum a partibus omnibus probationibus renuntiatum fuerit.

*Scriptura solum publica in iudicio fidem facit, & qua sit scriptura publica. h. d.*

**N**on tamen omnis scriptura in iudicio producta fidem faciet, sed ita demum si, si per manum publicam scripta fuerit, ita ut appareat publica, aut authentico sigillo muniatur, alioqui nullius roboris firmitatem obtinebit.

*Exempla solum scripturae, fidem faciant. h. d.*

**I**dem g. & de exemplis dicendum erit, quae tamen, si solemniter sumpta fuerint, eandem cum originalibus habitura sunt auctoritatem: Solemniter autem tunc dicitur sumpta b, cum coram Ordinario iudice, vel

a Ca. 4. in ff. de test. patroni. 4. 3. b C. pen. ext. de testib. c Causam ext. de testib. d Clem. 2. de testibus. e C. ext. de testib. f C. presertim. ext. de test.

a C. licet. ex. 2. extr. de testibus. b Ca. in infra. & c. cum causam ext. de testibus. c C. cum clamor. extr. de testib. d C. cum dilectus. ext. de fide inst. e gl. in d. c. cum dilectus. f C. ext. de fide inst. g gl. 2. c. extr. de fide inst. h C. pen. de fide inst.



ad hoc ab iplo specialiter delegato presentata fuerint, atque is diligenter inspecta, dum nulla parte sui vitata comperit, per publicam personam exempli sumi precipit.

Redacta in publicam formam post mortem tabellionis, factum silem. h. d.

Andem etiam auctoritatem & ea obtinebunt, quae ad petitionem eorum, ad quos pertinent, permisso iudicis ordinarii in publicam formam redacta fuerint, si tabellio morte praeventus ea non perfecit, sed in notas tantum redacta moriens reliquerit.

Instrumenta non vitata, & de vitio non suspecta creduntur, & error solum littera, & raso in loco non suspecto, non vitiat instrumentum. h. d.

Exhibebuntur & ergo instrumenta publica non cancellata, neque abolita, nec ulla parte sui vitata, aut alio pacto de falsitate suspecta, quamquam si exceptor litigum & imprudens omiserit, aut documentum in loco non suspecto a interleverit, non propterea veri fides, & instrumenti auctoritas vacillabit.

Ad supplendum probationem potest iurandum deferri. hoc dicit.

Quod & sine testibus, nec instrumentis intentionem quam actor legitime deduxerit, permittente iudice, non plene probationes iurjurandi religione suppleri, & causa terminari poterit. Nec enim aliud est iuramentum, quam veritatis confirmatio, cum aliquid Deo teste aperiatur.

Iuramentum aliud voluntarium aliud necessarium: & necessarium, nisi ex causa, recusari non potest. h. d.

Ed cum sit iuramentum multiplex, duplex tantum in proposito considerari poterit, scilicet aut enim est necessarium, aut voluntarium. Necessarium est, quod ad suppleendas probationes a iudice parti deferretur: quod propter necessarium nuncupatur, & quod a iudice illud omnino deferri partibus oportet, & quod rite delatum ab eisdem, nisi ex iustis causis, recusari non poterit.

Quae sunt iustae causae recusandi iuramentum. h. d.

Int autem iustae recusandi causae, utputa si actor plene probaverit, aut si sibi non plene cognitam rem ipsam alleat: & si quae sunt huiusmodi.

Si pro re sunt praesumptiones, sibi deferendum est iuramentum, nisi actor iudex arbitretur. h. d.

Ed et si pro re praesumptiones fuerint, eidem hoc sacramentum iudex deferet ad suam tuendam innocentiam, nisi in spectis personarum & causae qualitibus, aliud actori deferendum censcat.

Voluntarium iuramentum est, quod deferretur a parte parti, quod deferenti potest resisti, nisi sit in famosis actionibus. h. d.

Voluntarium est, quod a parte parti in iudicio deferretur: quod quia litem terminat, decisorium quoque nuncupari poterit. Et appellatur voluntarium, quia pars non nisi volens deferret, & ab eo, cui deferretur, licite recusari ac resisti poterit. Planè si reus famosis actionibus conventus fuerit, huiusmodi iurjurandum agentis referri minime permitretur, cum non actor, sed ipse, qui convenitur, facti proprii conscius esse debeat.

Ponit exempla plura, in quibus probationes cessant personarum iudicium. h. d.

Iudicis inspectione consistunt probationes: utputa, cum pro terminandis finalibus quaestionibus propriis oculis loca iudex subijcit, aut ex aspectu corporis atque colloquitur, aut cum ex literis Ordinarii, vel Apostolicis excommunicatus, aut dignitatis honestatis quis apprehenditur, vel cum ad probandum virginitatem ab honestis & prudentibus matronis, vice sua iudex inspicit mulierem. iudex.

a Cpen. ext. de fide instr. b Cinter delictos. extr. de fide instr. c Ex par. ext. d. ii. d Cox litem. d. n. ext. e Cfm. de iurjur. f l. i. c. fi. ext. de iurjur. g Cfr. ext. de iurjur. h d. c. fi. in gl. i. de iurjur. i Cfm. in princ. ext. de iurjur.

Notorium probatione non indiget. h. d. Ed & si quid notorium fuerit, a testium depositionibus, vel instrumentorum exhibitione amplius delectari non debet, cum talis probationem, vel testimonium dicentium non requiritur.

Iudex debet advertere, ne dolum recipiat pro notorio. h. d. Ed cum multa dicantur notoria, quae non sumuntur recipere debet iudex, ne quod dubium est, pro notorio recipiat.

Vehemens suspicio interdum habet vim notoriae. h. d.

Notorium proprie accedit vehemem suspicio: notum si (exempli gratia) de carnali copula quatuor dies sint, qui solum cum sola, nudam cum sola, utrumque loci iacentem, locis secretis, & ad hoc commotis, a iuris electis se vidisse deponant, proculdubio ea de iudicibus tam vehementibus sequatur copulae praesumptio poterit. Planè si de gravi crimine actum fore, propter solam suspicionem quamquam vehementem, ratio non demerabitur.

Fama praestat adminiculum caetera probationum. h. d. ex variis debet animam suam instrare. h. d.

Fama quoque si de aliquo facto divulgata fuerit, etiam praesumptio non leve, praesentem in publicam, praestabit adminiculum. Denique circumstantibus iudex motum animi sui non ex una tantum re, sed ex multis argumentis, & testimonio, quae vel aptius dicuntur, poterit confirmari. Iudicaturum enim oportet iuris firmari, & ordinem rerum plene inquirere dicere, nec sententiam prius ferre, quam per se totam illam habeat in quaestione, quod non proponat.

DE SENTENTIIS ET RE IUDICATA

TITVLVS XV

Duae sunt species sententiarum, interlocutoria, & definitiva, & interlocutoria potest revocari ante diffinitivam. h. d.

Videamus nunc de sententiis, & re iudicata. Ed autem sententia nihil aliud, quam conclusiva propositae a iudice facta definitio. Interlocutoria duae sunt species: aut enim interlocutoria sunt, aut diffinitiva. Interlocutoria est illa, quae non prosequitur, & sine causa fertur super his, quae iudicari, vel emergunt: qualis est cum iudex dandum, vel negandum dilationem ad examinandos testes, vel exhibenda instrumenta interlocuatur, vel super aliquibus exceptionibus pronunciat: quam nec in scriptis ferri oportet, nec diffinitivam sententiam quaque iudex revocari poterit.

Diffinitiva sententia est, quae condemnando, vel absolvendo suam finem imponit, nec revocari de receptis in ea rebus, immo, vel Absoluta, sed facta aequilata. h. d.

Diffinitiva vero sententia est definitio iudicialis, quae condemnando, vel absolvendo principaliter suam finem imponit. Diffinitiva est eam, quae nec condemnationem, nec absolviionem continet, pro nulla habetur: hanc simul ac ulterius, retrahendi copia, iudex denegabit. Non tamen ut sententia velata, non mandandi, vel absolvendi verbum necessario continere debebit: sed satis erit, quod verbum acquiescentiae continet. Unde rescriptum est, eius diffinitivam, qui sic se habent, & precipere pronunciallet, legitime sententia dicitur firmata.

Sententia debet ferri sedens, & de sereno animo. h. d. vult. & Episcopus facere potest, quod alius pro se ferre non potest. h. d.

Vocatis igitur partibus, loco & tempore congruo, iudex ipse sedens & sententiam de scriptis pronunciat.

a Cde mansissa. i. q. i. c. tua non ext. de iur. d. c. i. c. c. consilium nos. ext. de appell. e Cillero f. m. ext. de app. d. C. et qui appell. d. diffinit. i. q. d. c. Cfm. in. i. d. i.

